

Dc 460



ARITHMETIK

DISSERTATION

VON

FRANZ VON SIEBOLD

1841



ARAMAISI JEREMIANI.

DISSERTATIO PHILOLOGICA,

QUAM

AD SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

AB

AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINE

IN

ACADEMIA FRIDERICIANA HALENSI

CUM VITEBERGENSI CONSOCIATA RITE IMPETRANDOS

SCRIPSIT

CAROLUS ZIMMER

SAXO-BORUSSUS.

PARS PRIMA.



HALIS SAXONUM MDCCCLXXX.



Druck von Metzger & Wittig in Leipzig.



PORTAE
ALMAE MATRI.



FORSTLICHES
JAHRESBERICHT



Praefatio.

Res, quam hoc loco tractandam mihi proposui, magnas habet difficultates. Omitto menda, quae quamvis magna diligentia curaque librarii usi sint, tamen hic illic in vetere testamento offenduntur; quibus sublatis veram lectionem constituere plerumque nullius fere negotii est. Majoris autem momenti est, quod ex Hebraeorum litteris, quas plurimas fuisse cum optimo jure opinari tum nonnullis e locis V. T. concludere possumus, praeter paucos libros nihil superest. Qui quidem praesertim cum ei, quorum auctoribus eorumque aetatibus ne subtilissimis quidem disputationibus lumen allatum est, hoc loco prorsus negligendi sint, multum abest, quin ad totam verborum formationumque copiam satis perspicendam sufficiant. Itaque facile fieri potest, ut, quod auctoris cujusdam proprium ac peculiare sit, toti aetati illius tribuatur aut quod propter rem in libro illius tractatam locum habere non potuerit, id etiam a totius aetatis sermone alienum fuisse contendatur. Quos in errores non desunt qui lapsi sint.

Iam vero monumenta Chaldaice¹⁾ scripta, quotquot obtinemus, inferioris demum aetatis sunt, ut, qualis antiquiore aetate Chaldaeorum sermo fuerit, ex iis satis cognosci non possit. Accedit quod non fere nisi ab Hebraeis illa nobis

1) Hoc nomen, quamquam satis perversum esse haud ignoro, tamen servo, quippe quod maxime inveteratum sit.

tradita sunt¹⁾; qui quid de Hebraico sermone servaverint, nullo modo constitui potest. Antiquissima enim monumenta in libris Danielis et Esrae supersunt, quae Hebraismis abundare nemo est quin sciat. Nec plus auctoritatis Targumistarum libris tribuendum est; quippe in quibus quantum Hebraeorum sermoni debeatur, difficillimum sit ad distinguendum. Syrorum autem libri multo inferiore aetate a Christianis demum auctoribus conscripti sunt. Quae cum ita sint, formae pro Chaldaismis aut Syriasmis habitae persaepe eodem fere jure Hebraismi appellari possunt. Qua in re usque ad hoc tempus multi errasse mihi videntur. Ac fuerunt, qui quaecumque formae a communi sermone alienae videantur esse, quamquam ne in Aramaeis quidem dialectis offerantur, tamen Aramaismos eas declaraverint. Quorum sententia facillime redarguitur. Nec magis recte pro Aramaismis habentur formae, quae quamquam ab Aramaeis quoque usurpantur tamen vere Hebraicae esse demonstrari possunt. «At vero illud facilius, neque est, cur de via plana et expedita in difficilem et arduam deflectamur.»²⁾ Recte tu quidem. Atqui non quaeritur, quid facilius, sed quid verum sit; quod ut enucleemus, nulli operae laborique parcendum mihi videtur esse. Proinde nullis ac ne summis quidem difficultatibus a conatu nostro deterreamur. Immo etiamsi ad quaestiones solvendas nonnunquam facultates nostrae non sufficiant, tamen, quid sit veri simillimum explicare argumentisque stabilire satis utilitatis nobis videtur habere.

1) „C'est donc aux Juifs que nous devons tout ce qu'il est possible de savoir sur l'ancien idiome araméen.“ Renan, *Hist. gén. des langues sémitiques* p. 214.

2) Cf. Knobelius *Jeremias chaldaizans* Vratisl. 1831, p. 8.

Conspectus.

	pag.
Prolegomena	9
I. Aramaismi grammaticales	13
1. Aramaismi grammaticales ad etymologiam spectantes	13
A. Archaismi	13
a. Pronomina	13
b. Verba	15
B. Veri Aramaismi	17
a. Verba	17
α . Conjugationes	17
β . Personarum formatio	21
Verba firma	21
Verba infirma	23
b. Substantiva	28
2. Aramaismi ad syntaxin spectantes	31

Verzeichnis

1. Einleitung
2. Die Bedeutung der
3. Die Aufgaben der
4. Die Organisation der
5. Die Durchführung der
6. Die Ergebnisse der
7. Die Zusammenfassung

6



Prolegomena.

Priusquam ad rem ipsam progrediar, quid sit Aramaismus, paucis explanabo. Nil nisi id, quod consuetudine, qua magis magisque frequentiore Hebraei cum Aramaeis uterentur, in illorum linguam fluxisse satis cognitum exploratumque est, recte Aramaismus appellari mihi videtur. Itaque prorsus negligendae sunt hoc loco eae formae, quas, quamquam a communi Hebraeorum sermone fere alienae, Aramaeis usitatissimae, Aramaismorum speciem prae se ferant, tamen ab eis mutuatas esse demonstrari non potest; quae quidem etiam nunc plane in Aramaismorum numero persaepe habentur. Sed minus recte; etenim si omnes ejusmodi formae huc pertinerent, ubi Aramaismorum finis constituendus esset, equidem nullo modo intellegerem. Neque igitur excitat admirationem meam, quod non desunt, qui ad tantam temeritatem progressi sint, ut, quaecunque formae Hebraeorum linguae cum Aramaeis dialectis communes essent, eas pro Aramaismis haberent.

Qui recte huc referuntur Aramaismorum duplex genus distinguendum est. Ac primum quidem Archaismi, quos vocant, mihi occurrunt. Inveniuntur enim cum in aliis senioris aevi libris tum in Jeremiae vaticiniis formae, quae antiquitatem quandam sapiant. Non dico hoc loco Archaismos, qui in primis in Pentateucho, cujus sermonem omnino plus minusve ab aliorum librorum dicendi genere discedere omnes consentiunt, deprehenduntur neque ad nostram rem pertinent. Qua vero ratione illae formae interpretandae sunt?

Sunt qui censeant extremas reliquias eas superesse ex illo tempore, quo Hebraei sermone Chaldaico usi sint, itaque veros Chaldaismos esse. Quantumvis enim Hebraei ab omni

Cananaeorum societate abhorruissent, tamen sermonem eorum sensim atque pedetemptim ita a Cananaeo suppressum ac paene extinctum esse, ut nil nisi paucula illa verba formationesque, quae hic illic in V. T. deprehenderentur, retinerent. At Hebraeos primitus Chaldaice locutos esse (quam quidem sententiam etiam nunc plerique sequuntur) haudquaquam probatum exploratumque est. Etenim quamquam Hebraeorum scriptores ipsos eandem sententiam probasse negare non possumus¹⁾ — quae inde facile existere potuit, quod in eis finibus, e quibus patres in Cananaeorum terram migrasse traduntur, postea gentes Aramaice loquentes sedes habuerunt — tamen certae probabilesque rationes sunt, quae sententiam illam ne dicam refellant tamen certe in dubium vocent. Quaequidem etsi accuratius percenseri non possunt, tamen breviter hoc loco attingendae mihi videntur. Ac primum quidem nomina, quibus antiquissimis in narrationibus illis personae appellantur, ut *רִצְחָק*, *רְאוּבֵן*, *רְהוּדָה*, *בְּנִמְיִן* e. a. quae ipsa quoque antiquissima esse constat, omnia vere Hebraica esse mihi videntur. Deinde sermo Cananaeorum ab eo, quo patriarchae usi essent, diversus fuisse nullo loco narratur. Immo vero ex commercio, quod in primis Abrahamum cum Cananaeis frequens habuisse tradunt²⁾, eos eadem lingua locutos esse apparere videtur. Quod idem ex eis, quae de Jacobo tradita sunt, magis emergit.

Nec minoris momenti sunt eae causae, quae lingua Hebraica cum Phoenici diligenter accurateque comparata nobis suppeditantur. Etenim quamquam illae linguae maxime inter se consentiant, tamen in Hebraica proprietates a Phoenici alienissimae inveniuntur, e quibus illam multa per saecula proprie formatam atque excultam esse apparet.³⁾ Nihilominus Hebraeos antiquissimis temporibus Aramaice locutos esse tibi concedo. Quid vero? Nonne, ut in anti-

1) Cf. Gen. 31, 47. Deut. 26, 5. Gen. 24, 27.

2) Cf. Gen. 14, 17 s. s. 20, 1 s. s. 23, 4 s. s. e. a.

3) De omni hac re cf. «Morgenländische Forschungen, Leipz. 1875» 177 s. s. et imprimis p. 229 s. s.



quissimis ipsis libris, quippe qui tempore illam Aramaicam, ut ita dicam, aetatem propiore confecti sint, plurimos Aramaismos inveniamus fore speramus? Sed spes nos fallit; e contrario non fere nisi in senioris aevi libris deprehenduntur. Ergo interpretatio illa prorsus reprobanda est.

Iam vero sunt, qui censeant, illas antiquiores formas multo saepius atque etiam in antiquioribus libris usurpatas, sed cum textus principio non eadem diligentia curaque, qua postea, servaretur, a librariis ad arbitrium mutatas esse.¹⁾ Sed fac fuisse tempus, quo textum ad arbitrium mutare librarii veriti non essent; ne ita quidem satis explicatum esse mihi videtur, cur illae formae ipsis in senioris aevi libris extent. An putas, eas fortuito oculos librariorum corrigentium effugisse? Ejusmodi casus nullo modo probari potest. «At vetus Testamentum quod nobis praesto est, ab una recensione repetendum est, quae auctoritate diversissimis²⁾ exemplis singulorum librorum compositis extitit.» Etiam illud neque nisi conjectum — quod sciam Lagardus³⁾ ejus conjecturae auctor est — necdum argumentis satis stabilitum est, tamen tibi concedo nec nisi illud unum abste quaero, quod exemplum summa laude dignum tibi videatur esse. Nempe id, quod ad fidem archetypi accuratissime descriptum est. Quid vero, quod in Ezechieli vaticiniis, quorum exemplum ab archetypo valde discedere ipse concedis⁴⁾ illae ipsae antiquitatem redolentes formae saepissime leguntur? Quidni idem librarius, qui alia mutare veritus non est, illis antiquioribus formis sublatis usitatiores scripserit? Quibus ex angustiis quo modo eripiaris, equidem non intellego.

Eorum igitur sententia maxime mihi probatur, qui cum illae formae quamvis antiquae nonnisi in senioris aetatis libris legantur, commercio Aramaeorum magis magisque frequen-

1) Cf. Stade, Lehrbuch der hebräischen Sprache, Leipz. 1879, p. 20.

2) Cf. Stade l. l. p. 20 s.

3) Paul de Lagarde, Mat. zur Kritik und Geschichte des Pentateuchs I, p. XII.

4) Cf. Stade l. l. p. 20, not. 3.

tiore eas quasi regeneratas esse censent⁴⁾; ita ut quamquam vere Hebraicae vel Semiticae sint, tamen in Aramaismis locum quendam rectè teneant.

De altera autem classe Aramaismorum, cui quaecunque formae verbaque ab Hebraeorum lingua prorsus aliena ab Aramaeis in illam fluxerunt et recte veri Aramaismi appellantur, accensentur, multo brevior esse possum; cum quomodo ei extiterint, historia ipsa satis dilucide doceat. Nam omnes fere reges et Judaeorum et Israelitorum aliqua Aramaeorum societate contacti esse traduntur.²⁾ Itaque facile Aramaeorum verba formationesque ad Hebraeos transierunt. Sed haec haetenus de origine et interpretatione universa Aramaismorum.

Singulos Aramaismos mihi animo repetenti atque per-lustranti duae species distinguendae videntur; quarum una complectitur eos, qui, cum ad grammaticam pertineant, recte grammaticales nominantur, altera eos, qui cum ad verborum copiam, pertineant, lexicales appellantur. Cum autem in grammatica etymologia et syntaxis distinguantur, ne nobis quidem in grammaticalibus Aramaismis pertractandis id negligendum est. Quam quidem partitionem quippe qua tractatio nostra facilius perspiciatur, nos quoque lubenter sequimur.

1) Cf. Gesenius, Hebräische Grammatik, 22. Aufl. ed. a Kautzschio p. 100, not. 1.

2) Cf. 1 Reg. 15, 18 s. s. 1 Reg. 20, 34. 2 Reg. 5, 1 s. s. 18, 26 s. s. 20, 12 s. s. coll. Jes. 39, 1 s. s. 2 Chr. 32, 31. Jes. 1, 7 s. s. coll. 2 Reg. 15, 37.

Aramaismis grammaticalibus,

ut ad rem ipsam transeamus, quaecunque formae pronominum et verborum et substantivorum ab Hebraeorum sermone prorsus alienae ex Aramaico fluxerunt, eae accensendae sunt.

Ac primum quidem hoc loco dicendum est de Aramaismis, quorum in numero primum nonnullae pronominum formae mihi occurrunt.

Septem locis V. T. pronomen personale sec. pers. fem. אִתָּךְ pro usitatioris אִתְּךָ legitur: Jer. 4, 30. Jud. 17, 2. 1. Reg. 14, 2. 2. Reg. 4, 16. 23. 8, 1. Ez. 36, 13. Quae forma quamquam a Masoretis, quos dicunt, corrigitur, tamen servanda esse mihi videtur. Etenim illam antiquissimam et principalem formam esse non modo comparatio affinium linguarum sed etiam Hebraica ipsa satis demonstrat.

Atque ut ab Hebraica ordiar, Dages forte, quod in אִתְּךָ (contractum ex אִתְּךָ), etsi in littera ultima audiri non potuit, nihilo secius semper scriptum est, explicare non possumus, nisi in illa forma primitus vocalem quandam post litteram ultimam auditam esse concedimus.¹⁾

Iam vero si qua dubitatio in animo tuo reliquit, vicinis linguis collatis tollitur. Apud Arabes enim pronomen illud 'anti'²⁾ est et eodem fere modo ab Aethiopicis³⁾ pro-

1) Cf. Ewald, Ausführl. Lehrbuch der hebr. Sprache d. A. B. 8. Aufl. Götting. 1870, p. 127 § 48, d. et. Olshausen, Lehrb. der hebr. Sprache, Braunsch. 1861, § 81, b.

2) Caspari, arab. Gramm. 4. Aufl. v. A. Müller, Halle 1876. § 35.

3) Cf. Gesenius l. l. § 32, ann. 4. Schrader, De linguae Aethiopicae cum cognatis linguis comparatae indole universa, Göttingae 1860, pag. 74.

nuntiatur. Syri autem quamquam ut sunt pauperes vocalibus, vocalem î non jam pronuntiaverunt, tamen scribentes consonantem ܘ servaverunt.¹⁾ Nec vero Chaldaei consonantem ܝ scripserunt in אנה²⁾, quae decurtata forma litteris נ et ת contractis vel assimilatis in Hebraica quoque lingua vulgaris est. Quae cum ita sint, reprobanda mihi videtur esse eorum sententia qui illam formam אהי ex Syriaca in Hebraicam linguam fluxisse putant³⁾; mea quidem sententia regenerata est.

Iam vero huc pertinet pronomem suffixum sec. pers. fem. כִּי, quod pro usitatore ܟܝ praeter Jer. 11, 15 legitur atque a Masoretis ipsis probatur Ps. 103, 3. 4. Ps. 116, 19. 135, 9. Ps. 137, 6 non probatur in לְכִי Cant. 2, 13. 2 Reg. 4, 2 נְשִׁירְכִי eod. loc. v. 7.

Conferendum est idem pronomem nomini plural. suffixum, quod יְכִי vel יְכִי (in pausa) pro usitatore ܟܝ legitur Ps. 103, 3. 4. 5. Ps. 116, 7. 2 Reg. 4, 3. 7.

Quam quidem formam antiquissimam et principalem esse, et excomparatione linguarum vicinarum apparet — etenim respondet arab. كى syriac. ܟܝ — et ex hebraica lingua ipsa erui potest.

Est enim lex gravissimi momenti, secundum quam vocalis î efficiat, ut vocalis a praecedens vocali î post eam quoque inserta mutetur. Quae quidem lex in indogermanis linguis — sit venia verbo — latissime patet. Hoc enim modo extitit κειρω ex κειρω, φερεις ex φερεις, notaire ex notarius, primaire ex primarius, Zimmeraere ex Zimmerari e. a.

Sed etiam in semiticis linguis eadem lex valet; ut apud

1) Cf. Hoffmanni grammat. Syriae, libri III, Hae 1827, § 41 et Uhlemann, Elementarl. der syr. Sprache, Berlin 1829, § 16.

2) Cf. Luzatto, Grammat. der bibl. chald. Sprache u. d. Idiome Thalmud Babli, herausg. v. M. S. Krüger, § 34 et J. Fürst, Lehrgeb. d. Aram. Idiome, Leipz. 1835, p. 338.

3) Ludov. de Dieu, grammat. linguarr. orientt., Lugd. Batav. 1628, ex rec. Clod. Francof. 1683, p. 134. Hartmann, Linguist. Einleitung i. d. Stud. d. Bücher d. A. T., Bremen 1818, p. 345. Knobelius, Jerem. chaldaiz. Vratisl. 1831, p. 9.

Aramaeos pronomen suffixum ה־ ex ahî (aihî) cf. arab. *ah* factum est.¹⁾ Idem pronomen apud Phoenices י־ in Carthagg. inscriptt. א־ scriptum extat et quantum scimus è (ex *ahî*) et *ém* (ex *ahim*) pronuntiatum est.²⁾ Item Zerè in הקים ex a extitit (= *haikim* idque ex *hakim* cf. aram *'akim*). Neque aliter Zere in pronomine suffixo י־ explicari potest.³⁾

Cum autem ne haec quidem forma, quamvis antiqua sit, nisi in libris serioris aetatis iuveniatur, ipsa quoque consuetudine Aramaeorum regenerata esse mihi videtur.⁴⁾

Huc non pertinet decurtata forma אַנְי, quae semel apud Jeremiam (42, 6) pro communi אֲנַחְנִי occurrit et in Mischnae sermone vulgaris est.⁵⁾ Quae quidem librariorum lapsu extitisse mihi videtur.⁶⁾

Iam vero transeamus ad Archaismos ad verborum formationem spectantes; atque primum quidem hoc loco mihi occurrit הַגְּלָתָה quod Jer. 13, 19 bis pro הַגְּלָתָה et קָרָאתָ quod Jer. 44, 23 pro קָרָאתָ legitur. Quae forma testimonio vicinarum linguarum antiquissima ac principalis —

Conferenda enim sunt arab. *kaṭabat*, syr. *ketlat*, chald. קַטַּלְתָּ vel קַטַּלְתָּ.⁷⁾ Apud Phoenices, quamquam substantivorum terminatio feminina semper in ת exit, tamen verbi praeteriti tertia pers. fem. א־ cf. hebr. ה־ ac ne

1) Luzzatto l. l. § 110. Uhlemann l. l. § 16.

2) Cf. Schlottmann, die Inschrift Eschmunazars, Halle 1868, p. 112 et not. et p. 164—184. Morgenländ. Forschungen p. 204. 5.

3) Omni de hac re vide, Morgenl. Forsch. p. 206 et Stade, grammat. § 108.

4) Contra cf. Lud. de Dieu l. l. p. 152 s. Hartmann l. l. p. 345. Altling fundamenta punctationis linguae sanctae, Francof. 1701, p. 375. Gesenius Lehrgeb. d. hebr. Sprache, Leipz. 1817, § 40, ann. 2 et § 60, ann. 4.

5) Geiger, Lehrb. z. Sprache d. Mischnah, Bresl. 1845, § 13, 1.

6) Perperam Gesenius (Lehrgeb. § 30, 1) אַנְי antiquiorem formam quam אֲנַחְנִי esse censet.

7) Perperam Fürst l. l. p. 96 formam ה־ in ה־ duritie quodam abuisse censet; nec rectius hanc formam interpretatur Gesenius Lehrgeb. § 78, ann. 1.



uno quidem loco monumentorum ad huc inventorum ה-
legitur.¹⁾

neque in Hebraica lingua ante suffixa pronomina nunquam
usurpata est. Cum vero sine suffixo nonnisi in libris se-
rioris aevi offendatur —

Ejusdem modi formationes leguntur Jes. 7, 14. Deut.
31, 29. 32, 36. Ez. 46, 17. praeterea autem in medium
prodeunt עָשָׂה Lev. 25, 21 et הִרְצָה Lev. 26, 34 quos
quidem locos seriori tempori tribuendos esse verisimilli-
mum est²⁾; nam Lev. 25, 18—22 et 26, 3—45 haud pauca
verba a sermone Pentateuchi atque etiam omnium cete-
rorum V. T. librorum aliena deprehenduntur. Neque plus
auctoritatis loco Gen. 33, 11, ubi extat הִבֵּאתָ tribuendum
est, cum in capite 33 redactor elaboraverit³⁾, ita ut quid
ex fontibus hausiverit, quid ipse adjunxerit, jam distingui
non possit —

haec quoque forma in Archaismorum numero habenda mihi
videtur esse.⁴⁾

Item autem sec. persona fem. praet. in י exiens mea
quidem sententia interpretanda est.⁵⁾ Quae quidem forma
apud Jeremiam offertur in קָרַאתִי cap. 2, 33. 13, 21. קָרַאתִי
3, 4. הִבֵּאתִי 3, 5. שָׁמַעִי 4, 19. הִלַּכְתִּי 31, 21. הִרְבִּיתִי 46, 11
nec non in שָׁבַרְתִּי et נִתְקַתִּי 2, 20. נִחַנְתִּי 22, 23.

נִחַנְתִּי, cujus loco in recentioribus nonnullis editionibus
secundum Keri נִחַנָּה legitur, a verbo אָנָּה derivandum
et praet. sec. personam interpretandum esse nunc omnes
fere consentiunt.⁶⁾ Ut שָׁבַרְתִּי et נִתְקַתִּי contra Masoretas

1) Morgenländ. Forschungen p. 215.

2) Cf. De Wette-Schrader, Einleitung in d. A. T., Berlin 1869,
§ 189, ann. a, 2 cui Dillmannus assentitur.

3) Cf. Dillmannus, Comment. zu Genesis (kurz. exeget. Handbuch
v. Knobel), Leipz. 1875, p. 374 et De Wette-Schrader l. l. § 187, ann. 27.

4) Contra cf. Altling l. l. p. 377. Hartmann l. l. p. 357, 3. Knobel
l. l. p. 13.

5) Contra cf. Hartmann l. l. p. 357, 2. Knobel l. l. p. 13.

6) Cf. Ewald p. 517, not. 2. Olshausen § 263, b. Graf, Der Pro-
phet Jeremia, Leipz. 1862, p. 299. Hitzig, Comment. z. Jeremia, p. 167.

pro sec. forma praeteriti habeamus et sensus sententiarumque cohaerentia — אָעבֹר genuinam lectionem esse, Syrus demonstrat, quippe qui quamquam ו' pro prima persona habet, tamen אָעבֹר legat. Neque igitur, qui legunt אָעבֹר, nisi ut sensus evaderet, a germana lectione recessisse mihi videntur — et loci paralleli — cf. 5, 5 ubi dubitari nequit et Ps. 2, 3. — postulare videntur.¹⁾

Nec vero hoc loco afferendum est שמעתי Jer. 4, 19, quod cum Hitzigio²⁾ secundum lectionem in codice quodam abviam pro participio cum Chireq compag. conjuncto habere malim; quibus de formis infra accuratius disputabimus.³⁾

Neque in aliis serioris aetatis libris ejusdem modi formae desunt cf. Ruth 3, 3. 4 e. a.⁴⁾ Atque apud Ezechielem in uno capite (16) duodecies offertur, quod quidem sententiam nostram tantummodo stabilire potest.⁵⁾

Hi fere sunt Archaismi in Jeremiae vaticiniis obvii; jam transeamus ad veros Aramaismos ad grammaticam spectantes.

Ac primum quidem hoc loco memoratu dignus mihi videtur usus conjugationis Tiphel qui cernitur in תִּפְּחֵי Hos. 11, 3. תִּתְּחֶה Jer. 12, 5. מִתְּחֶה Jer. 22, 15. תִּפְּחֵיכֶם Jer. 25, 34.

Contra Ewaldum⁶⁾ et Olshusenium⁷⁾ qui hanc formam, quam ultimo loco posui, cum Hieronymo, Jarchi, Kimchi e. a. pro nomine substantivo plurali habent, Grafium et

Böttcher ausführl. Lehrbuch d. hebr. Sprache, h. v. Mühlau, Leipz. 1866. § 11, 24 B. Contra Stade § 343 e, qui ו' Chireq compag. esse censet.

1) Cf. Graf l. l. p. 35. Hitzig l. l. p. 16.

2) Hitzig l. l. p. 38.

3) Contra cf. Graf l. l. p. 81 et Keil, bibl. Commentar über den Propheten Jeremia, Leipz. 1872, p. 85.

4) Quin libellus Ruth post exilium conscriptus sit, hodie non jam dabitur cf. De Wette-Schrader § 240. Bleek, Einltg. ins A. T. § 99.

5) Alia exempla praebet Gesenius Lehrgeb. § 78, ann. 5.

6) Ewald § 161, a. 1.

7) Olshausen § 213, d.

Hitzigium secutus sum.¹⁾ Etenim nomen substantivum in hunc locum adeo non quadrat, ut Masoretæ ipsi eam esse formam quandam verbi putaverint. Et ut mittam sententiarum cohaerentiam, quæ ut verbi formam legamus postulare mihi videtur, facile intellectu est, quomodo forma propter suffixum grave pro substantivo habita pro littera ך, quippe quæ nunquam in substantivis ita formatis invenitur, littera ך a librariis scripta sit.²⁾

Quam conjugationem ab Aramaeis ad Hebræos transiisse non desunt, qui contendunt.³⁾ Nil vero negotii est hanc sententiam refutare. Nam cum Tiphel ab Aramaeis ipsis non nisi raro inveniretur cf. תרגום, arab. *targama* transtulit a rad. רגם תלמד, arab. *talmada* docuit — id ab illis ad Hebræos migrasse mihi quidem persuadere non possum.

Qua vero ratione illæ formæ interpretandæ sunt?

Sunt, qui censeant, ה ex ש, quod antiquissimis temporibus conjugationis causativæ consonans præformativa fuisset⁴⁾, quasi obduruisse.⁵⁾

Conferunt enim conjugationem decimam (X), quæ et in arabica et in aethiopica⁶⁾ lingua استعمل pronuntietur.

cf. conjug. IV أفعّل. In Aramaeis autem diall. præter אפעל — in bibl. Aram. Hebræorum more הפעיל — alteram causativam conjugationem ex eisdem radicibus et eodem sensu extitisse: אשחפעל (שפעל)⁷⁾ et rarius ספעל.⁸⁾

1) Graf l. l. p. 336. Hitzig l. l. p. 198. cf. Gesenius Lehrgeb. § 72, 4.

2) Sed conf. omni de hac re: Graf l. l. p. 336. Hitzig l. l. p. 198.

3) Hartmann l. l. p. 360, 26. Storrii observationes ad analogiam et syntaxin hebr. 1779, p. 213. Knobel l. l. p. 10.

4) Ewald § 122, a. Olshausen § 255, a. Fürst l. l. p. 143. Gesenius-Kautzsch l. l. §. 55, 6. Stade l. l. § 159, b, ann. 1. Morgenl. Forsch. p. 208.

5) Stade § 159, b, ann. 2.

6) Schrader, De linguae aethiopicæ indole p. 49 s.

7) Cf. Fürst l. l. § 146. Hoffmann l. l. § 61. 62. 10. 11. Winer chald. Gram. p. 43.

8) Exemplorum magnum numerum præbit Fürst l. l. p. 143. Hoffmann l. l. § 62, 10. Gesenius, Lehrgeb. p. 862.

In Hebraica denique lingua non deesse nomina, quae a verbo causativo item formato derivanda sint; ut **שְׁלֵהֲבֵת** flamma a **לָהֵב** Ezech. 21, 3. Hiob 15, 30. Cant. 8, 6. **שְׁקַעְרוּרֹה** loca depressiora Lev. 14, 37 a **קָעַר**.⁸⁾

At illis argumentis sibilantem antiquissimam causativae conjugationis consonantem praeformativam fuisse, et postea aspiratam **ה** vel **ח** ex ea extitisse, mihi quidem haudquaquam probatum videtur esse. Nil nisi praeter aspiratam sibilantem quoque usurpatam esse illa demonstrant; quem quidem usum in Hebraica lingua tantummodo in pauculis exemplis cerni posse. Item **הַפְעֵל** et **שַׁפְעֵל** eodem tempore usurpatam, neque alterutri plus auctoritatis tribuendum esse mihi videtur.²⁾ Prorsus autem reprobanda est eorum sententia qui censent **ח** ex **ש** obduruisse, cum ejusmodi mutatio ne uno quidem exemplo demonstrari possit. Nec minus errant ii, qui **ח** duritia quadam ex leniore aspirata **ה** extitisse censent³⁾; quod quidem ab Hebraica lingua prorsus abhorret.⁴⁾

Quae cum ita sint, ad aliam interpretationem fugiamus. Verisimillimum esse mihi videtur illas formas pro verbis denominativis habendas esse⁵⁾, praesertim cum **תְּלַמֵּד** omnes fere grammatici item interpretentur.

תְּלַמֵּד derivandum est a substantivo **תְּלַמִּיד**, cujus e principi significatione abstracti — quae quidem omnium hoc modo formatorum substantivorum propria est — concreti vis extitit.⁶⁾

Sed ad quaestionem ita, ut nihil dubitationis locum teneat, solvendam, exempla illa etiamsi textum recte nobis traditum esse pro certo habeamus, haudquaquam sufficiant.

1) Perperam Gesenius (thesaurus linguae hebr. et chald., Lips. 1842) hoc nomen a radice **שָׁקַע** derivat. l. l. p. 1477.

2) Ewald § 122, a. The causative form **הַרְגֵּל** seems to be a collateral of the **שָׁפַע**. Outlines of Hebrew grammar by Bickell revised and annotated by Curtiss. Lpz. 1877, § 75.

3) Hitzig, comm. z. Jerem. p. 198 et comm. zu Hosea ad Hos 11, 3.

4) Olshausen § 255 a.

5) Olshausen l. l. § 255 a. Bickell-Curtiss l. l. § 122.

6) Dietrich, Abhandl. z. hebr. Grammat., Lpz. 1846, p. 163.

Iam vero tibi cavendum est, ne Chaldaismum cernas in אֲשַׁכְּרִים quod pro usitatore הַשְּׁכֵם uno loco Jer. 25, 3 extat.¹⁾ Quam formam cum alii tum Hitzigius²⁾ primam personam imperf. interpretantur et אֲשַׁכְּרִים contra Masoretas legunt. Nec verò, quod ad sententiam suam stabiliendam affert —

Cum א pro ה et scriptio plena, quae non nisi raro in infinitivo Hiphil occurrat, in una forma conjunctae sint — quod quidem casu accidisse non posse illam contra punctatores אֲשַׁכְּרִים legendam esse, censet — ut ei assentiar mihi persuadere potest. Immo vero et sensus sententiarumque cohaerentia et loci paralleli eum satis redarguere mihi videntur. Nam eandem fere sententiam legimus Jer. 7, 13. 35, 14.

Quamobrem quamquam אֲשַׁכְּרִים infinitivus mihi videtur esse, tamen eum Chaldaeorum more formatum nego. Nam cum אֲשַׁכְּרִים saepissime adhibita sit, cur uno loco irregularem formam אֲשַׁכְּרִים auctor posuerit, nullo modo intellego. Ergo eam lapsus librariorum censeo³⁾; atque idem cognosci potest Jes. 63, 3 et Mich. 7, 15.⁴⁾

Aliae autem syriacae formae verbi Hiphil in יִרְכְּבֵי Jer. 9, 2 et יַעֲבֹרֵי Jer. 11, 15 multis extare videntur⁵⁾, quorum sententiam accuratius explanare haud alienum est.

Ac primum quidem locos, quos praeter illos hoc loco afferunt, perlustremus. Laudant enim I Sam. 14, 22. 31, 2. 1 Chr. 10, 2. 1 Sam. 17, 25. Ps. 65, 10; quorum nonnulli quin huc pertineant optimo jure dubitari potest.⁶⁾ Neque

1) Cf. Ewald § 122, a. Gesenius Lehrgeb. § 94. ann. 2. Gesenius-Kautzsch § 53, 3, Not. 2 et 6. Fürst p. 143.

2) in comment. suo de Jeremia p. 189.

3) Olshausen § 191, g et § 255, b. Stade § 159, b, ann. 3.

4) Stade § 159, b, ann. 3. Olshausen § 255, b. Contra Hartmann l. l. p. 357, b. Fürst p. 143. Knobel Comment. zu Jesajas ed. IV, p. 495.

5) Altling l. l. p. 379. Hartmann l. l. p. 355. Gesenius Lehrgeb. § 94, ann. 7. § 100, ann. 15.

6) Graf l. l. p. 142.

enim intellego, cur Masoretæ 1 Sam. 14, 22 et 1 Chr. 10, 2 Hiphil sed Jer. 42, 16. *Kal* legant, cum utraque conjugatio sequente præpositione אַחֲרַי eodem sensu usurpetur. Item 1 Sam. 31, 2 Hiphil sed Gen. 19, 19 *Kal* legunt, quo utroque loco רִבַּק cum accusativo conjunctum est. Quod quidem ad arbitrium factum esse mihi videtur. Nec vero fieri potest quin Jer. 9, 2 contra punctatores *I* al legamus, cum Hiphil nusquam¹⁾ denotet «tendere arcum» nec nisi hac significatione sententia satis elegans et concinna evadat: linguam, arcum mendacem, tendunt.

Etsi autem nonnullis locis *Kal* pro Hiphil legi potest, tamen sunt, in quos tantummodo Hiphil quadret. Quaeritur igitur, quomodo illae formae explicandae sint. Nonnulli in illis formis breve *î*, quod principale fuisse lingua arabica cf. *jāktūlu* docet, servatum esse suspicantur et eas illi tempori, quo breve *î* nondum in longum *î* mutatum sit, tribuunt.²⁾ Sed veri similis mihi quidem videtur esse, pro vulgari scriptione plena in illis formis defectivam adhibitam esse, cujus loco postea errore quodam *Š*wa locum teneret.³⁾ Etiam nunc enim extat scriptio defectiva in רִבַּעַל Hiob 21, 10. יְשָׁלָם Jes. 44, 28 pro quo paulo ante versu 26 רִבַּעַל legimus יְשָׁלָם Lev. 14, 41 e. a.

Iam vero, ut transeamus ad personarum formationem, in imperfecti temp. formis Aramaismi vix constitui possunt. Neque enim quisquam tertiam personam plur. num. in רַן exeuntem etsi arab. *jaktūlūna*, syr. *nektlūn*, chald. רִקְטָלוּן respondent, Aramaice formatam esse contendet. Sed dubitari potest de terminatione רַן, quae offertur in רִתְּהֶמְקִין Jer. 31, 22, praeterea Ruth 2, 8. 21. 3, 4. 18. Jes. 45, 10. 1 Sam. 1, 14. Nam cum ejusmodi formae non fere nisi in senioris aetatis libris, in primis autem in libello Ruth, qui etiam aliis Chaldaismis abundat⁴⁾, extant, eas consuetudini Aramaeorum deberi

1) locus Hiob 28, 8 huc referri nequit.

2) Olshausen l. l. p. 570 s. sed ibi alia quoque interpretatio legitur.

3) Stade § 529, a, ann.

4) Exempla satis multa praebet Bertheau in commentario suo de libr. Ruth p. 237.

haud injuria opinemur. Ad certum autem judicium eo minus venire possumus, quod de origine illius terminationis grammatici valde inter se dissentiunt.

Ewaldus¹⁾ et Olshusenius²⁾ coll. arab. *jaktulna*, syr. *tektlin*, chald. תַּקְטִילִין in illa terminatione litteram ן genuinam, י autem ex illa decurtatum esse contendunt. Contra Böttchero et Stade³⁾ ם principalis videtur esse, e qua יך ad analogiam determinationis יך extiterit.

Restat, ut participiorum quasdam formas diligentius perpendamus, quae fere in Aramaisorum numero habentur. Sunt enim, qui participia יִשְׁבְּהוּ, מְקַנְנֵהוּ Jer. 22, 23 et שִׁכְנֵהוּ 51, 13 — ad quae accedit שְׁמַעְהוּ 4, 19⁴⁾ — Syrorum more⁵⁾ cum suffixo pronomine conjuncta esse putent.⁶⁾ Et Masoretæ quidem, qui ipsi quoque hac sententia usi esse videntur, illud י deleverunt. Quam sententiam exempla quae omnibus fere e libris V. T. in primis e poeticis afferri possunt⁷⁾, ipsa satis refellunt. Itaque mihi quidem illud י chireq compaginis, quod dicunt, videtur esse, quod in primis poetae, ut sunt amantes formarum pleniorum, adhibuerunt.⁸⁾ Fuit autem illud י quod nisi sequente nomine non adhibetur, antiquissimis temporibus significatio genitivi; cf. arabicum ى breve, quod ex illo extitisse⁹⁾ verisimillimum est. Ac ne Phoenicibus quidem illud ى compag. ignotum fuisse, nomen הַיִּבְעֵל cui respondet hebr. הַיִּבְעֵל satis demonstrat.¹⁰⁾

Ewaldus¹¹⁾ antiquissimis temporibus in semit. ling. genitivum praeposita syllaba *ja*, quodquidem aethiop. (geez) et amh. *ja* videatur esse, significatum esse sus-

1) Ewald § 191, a et b.

2) Olshausen § 226, c.

3) Stade § 553, a.

4) Cf. commentationem meam p. 17.

5) Hoffmann l. l. p. 177. Uhlemann l. l. p. 39. Fürst § 129.

6) Storr l. l. § 31, IV, 1. Hartmann l. l. p. 353. 369.

7) Cf. Olshausen p. 236.

8) Gesenius Lehrgeb. § 127, 2 a. Olshausen § 123, d.

9) Olshausen § 123, d. Stade § 343, e, 2.

10) Cf. Stade § 343, b. Morgenl. Forschungen p. 192.

11) Ewald § 211, a cf. Schrader l. l. p. 76.

picatur. Qua ex syllaba terminationem $\dot{\imath}$ — cf. Hebraicum $\dot{\imath}$ — inde $\dot{\imath}$ Genitivo suffixum extitisse. Cui conjecturae formae in V. T. obviae haud sane repugnant.

Aramaismis ad verbum firmum spectantibus ita per-
lustratis jam transeamus ad eos, qui ad infirmum pertinent,
quosquidem, ut res facilius perspiciatur, separatim ab illis
tractare malim.

Ac primum quidem quod attinet ad verba ע"ע, eae for-
mae, in quibus non secunda radicalis sed prima dageš forti
gaudet, Aramaice formatae nonnullis videntur. Itaque huc
referunt: יָשָׁם Jer. 18, 16. 19, 8. 49, 17. 50, 13 cf. 1 Reg.
9, 8. 2 Chr. 7, 21. Jes. 42, 14 pro יָשָׁם e. a.¹⁾

נִנְהָתָה Jer. 22, 23 huc non pertinet²⁾; quod pro נִנְהָתָה
— cf. לְאַלְהֵיהֶם pro לְאַל — positum et a radice ננה deri-
vandum esse jam supra demonstravimus.³⁾ Si quis inter
ea verba, quae praeter Chaldaicam, quam dicit, formam
vere Hebraica utuntur et ea, quae tantummodo Chaldaicam
habent, distinguit, minus sibi constare mihi videtur.⁴⁾
Etenim si illic etiam hic Chaldaismus extat.

Quas similiter atque apud Aramaeos formatas esse —
hi enim semper primam radicalem geminant — ne ego qui-
dem negare possum. Alia autem est quaestio de origine
earum. Haec verborum ע"ע formatio non aliter quam aliae
anomaliae in verborum infirmorum formatione obviae ex-
plicanda mihi videtur esse. Nam cum radix trilatera om-
nibus in linguis semiticis gravissimi momenti sit, persaepe
nomina, in quorum formationibus radix trilatera minus ap-
paret, litteris singulis adjunctis nominibus trilateris similia
fiunt.

Ita numerum pluralem a regulis communibus alienum
nominum nonnullorum interpretamur: arab. 'ababât, syr.

1) Alia exempla huc pertinentia praebet Olshausen p. 521, s.

2) Perperam hanc quoque formam affert Knobelius l. l. p. 16.

3) Cf. commentationem meam p. 16 cf. Ewald p. 517, not. 2. Olshausen p. 593.

4) Knobel l. l. p. 16.

'*abahâtû*, אָבוֹהַ patres; syr. '*emhâtâ*, אִמּוֹהַ matres; syr. '*amhâtâ*, אִמּוֹהוֹת ancillae e. a.¹⁾

Atque idem nonnunquam in verbis conspicitur, maxime in verbis ע"ע, quippe in quibus tertia dageš forti in media posito expressa radicalis nisi terminatio quaedam affixa sit, audiri non possit. Itaque, ut ejusmodi formae eis, quae a verbis firmis deriventur, similiores fiant, prima radicalis geminatur; ita ut illae formae prorsus consentiant cum imperfecto Niphal ע"ע et ע"ו atque imperf. Kal verborum ע"ע.¹⁾ Et vocalis quoque sub praeformativa consonante ad analogiam firmorum verborum pronuntiat.²⁾

Quomodo postquam prima radicalis geminata est, non est, cur etiam in medio radicali dageš forte ponatur. Extant igitur formae אִדְמִי Hiob 29, 21. אִדְמִי Gen. 43, 28. Ex. 4, 31. 1 Reg. 29, 20. 2 Reg. 29, 30. נִחַם Nah. 8, 6. אִדְמִי a rad. כָּתַח Deut. 1, 44. אִדְמִי a rad. תָּמַם Deut. 34, 8.

Item formam אִדְמִי, quae Jer. 19, 3 pro אִדְמִי usurpata est, interpretor. Etenim cum media radicalis non geminetur, non est, quod illa vocalis separativa, quam appellant, ו vel י inseratur; quippe quae nonnisi ut media radicalis dagessata audiatur, inseri soleat.

אִדְמִי Num. 17, 28 et Jer. 44, 18 pro אִדְמִי ad analogiam verborum ע"ו (cf. אִדְמִי a קָוַם) formatum mihi videtur.³⁾

Quamobrem ne ab Aramaeis quidem, qui semper in verbis ע"ע primam radicalem geminant, illa vocalis usurpata est.

Iam quaeritur, utrum illa formatio antiqua neque ab Hebraica lingua aliena sit⁴⁾ an ab Aramaeis in eam transierit.⁵⁾ Illud usus omnibus fere in libris V. T. tam frequens, —

1) Cf. Ewald § 116, a. Stade § 321, a et § 188.

2) Olshausen § 105, b. Gesenius-Kautzsch § 67, 5.

3) Stade § 71, 3. 82, 1. Gesenius-Kautzsch § 67, 5 not.

4) Cf. Gesenius-Kautzsch § 67, 5 not.

5) Cf. Stade § 472, b, β. et 428, b, ann. 2.

6) Gesenius Lehrgeb. § 103, ann. 13 ss. Altling l. l. p. 380. Hartmann p. 356. Knobel p. 16.

sunt grammatici, qui in verborum indice formae יָסַב eandem auctoritatem tribuant quam יָסַב¹⁾ — hoc comparatio diall. Aramm. stabilire videtur. Nec vero ea quaestio mea quidem sententia certe solvi potest, praesertim cum quot formarum illarum scriptoribus ipsis quot librariis et punctatoribus — nam fere tota res ad puncta spectat — tribuendae sint, nullo modo jam cognosci possit.

Denique hoc loco participium שֹׁאֲסַרְךָ Jer. 30, 16 memoratu dignum mihi videtur; quod quidem contra Masoretas, qui שֹׁסַר a rad. שָׁסַר ut Jer. 50, 11 legunt, a rad. שָׁסַס derivandum est. Neque, si textus recte nobis traditus est, in illa forma syriasmum extare negare possumus.²⁾ In syriaca enim lingua verborum ע' participia semper ita formata sunt cf. syr. *râ'es* a *ras*; quae formatio ex affinitate, qua verba ע'ע' et ע'ר' et ע'א' inter se utantur — cf. מַסַּס, מַאֲד, מַכַּךְ et מַאֲס — extitisse mihi videtur.³⁾

Sed cavendum est tibi, ne הַנִּיס Jer. 48, 44, cujus loco Masoretae הַנִּס volunt, huc referas; nam cum loco parallelo Jes. 24, 18 ubi textus omnino rectius traditus est הַנִּס legamus, הַנִּיס non nisi lapsus librariorum videtur esse.⁴⁾

Iam vero omissis verbis פ'א, quippe in quibus nihil memoratu dignum mihi videatur, transeamus ad verba ל'א' et ל'ה'.

Perperam in forma אַבִּירָה Jer. 46, 8 persaepe⁵⁾ Aramaismus iuvenitur. Conferunt enim syr. *'aubed* et chald. אַבִּיר; sed minus recte. Nam illud *ô* in אַבִּירָה ut in אַבִּיר Hos. 11, 4 יַאֲחֶז, יַאֲכַל e. a. obscuratone quadam saepe obvia ex *â*, id autem ex *ă ä* (אַבִּיר) extitit.⁶⁾ Itaque

1) Gesenius-Kautzsch p. 346.

2) Gesenius Lehrgeb. § 103, ann. 17 et § 106, ann. 1. Altling I. I. p. 387. Hartmann p. 359, d.

3) Hoffmann I. I. p. 200. Ludovicus de Dieu I. I. p. 250.

4) Cf. Graf I. I. p. 551. Hitzig I. I. p. 362 contra Knobel p. 17.

5) Gesenius Lehrgeb. § 104, ann. 8. Altling I. I. p. 382. Knobel I. I. p. 18. Coll. Hoffmann § 72, 5.

6) Cf. Ewald § 192, d. Olshausen § 257, b. Stade § 77, a, ann. Gesenius-Kautzsch § 68, 1 et 2, ann. 1.

illud δ ne confundas cum δ in הושיב quod extitit ex י (cf. הושיב) et cui respondet syr. *au* in 'aubed.

Ac primum quidem mihi accurrunt הַזְנִי Jer. 3, 6 et הַמְחִי Jer. 18, 23 quibus in formis Aramaeorum more י pro usitata littera ה legi contenditur. Ac ne ego quidem, nisi lapsus calami constituendus est¹⁾ eas formas Aramaeorum consuetudini tribuendas esse nego.²⁾

Item הַמְסִי pro הַמְסִי Jos. 14, 8 et הַבִּי pro הַבִּי Jes. 26, 20. Aramaice formata mihi videntur.³⁾

Minus recte hoc loco affertur³⁾ הַחֲלִי pro הַחֲלִי Jes. 53, 10 quippe quod — non a הלה sed a הלא derivandum — ex הַחֲלִי extiterit.⁴⁾ Cf. הַחֲטִיא pro הַחֲטִיא 2 Reg. 13, 6.⁵⁾

Quodsi nonnulli⁶⁾ illas formas sec. person. imperf. interpretantur, quibus argumentis sententiam suam stabiliant, equidem non intellego, cum, ut pro tertiis personis illas habeamus sententiarum cohaerentia postulet.⁷⁾ Nec minus eorum sententia reprobanda est, qui, cum אל תמחי jussivus sit, anomaliam non esse censeant⁸⁾, etenim jussivum a verbis הִלִּי derivatum ita formatum esse, equidem ignoro. Ita decurtatum et in י exiens imperfectum nonnisi a היה et חיה derivatur, in quo utroque verbo media quoque radicalis consonans י est; sed hoc ad rem nostram non pertinet.

Iam vero verba לִיא ad analogiam verborum לִי et vice versa verba לִי ad analogiam verborum לִיא formata persaepe in libris serioris aetatis inveniuntur, quem quidem

1) Olshausen § 240, a, p. 510 et § 257, e, p. 575.

2) Cf. Ewald § 224, c und 194, a. Olshausen § 235, e. Gesenius-Kautzsch § 75, 17. Hartmann p. 357, 4. Contra י Jod parag. esse, quod vel post י futuri consecut. offing i possit, nonnulli putant. cf. Knobel p. 23 coll. Gesenius Lehrgebde. p. 874, 5, coll. p. 429.

3) Knobel p. 23.

4) Gesenius-Kautzsch § 75, 17. Stade § 23, b, ann. et § 143, e, ann. 1.

5) Stade § 23, b, ann.

6) Stade p. 306, 5.

7) Graf l. l. p. 56. Hitzig p. 24. Keil l. l. p. 62.

8) Hitzig l. l. p. 144, coll. Jer. 3, 6. 17, 17.

utriusque verbi formationem confundendi usum ab Aramaeis ad Hebraeos migrasse sunt qui opinentur.¹⁾ Et re vera Aramaei quidem tantummodo unam classem verborum tert. radic. infirm. agnoscebant.²⁾ Sed tibi cavendum est, ne praeceps inde concludas, Aramaeis eundem apud Hebraeos obvium usum tribuendum esse. Nam cum in antiquioribus ipsis libris ille inveniatur³⁾, linguae Hebraicae eum assignare malim. Quomodo enim verba in ך et ך excuntia, quae in arabica lingua summa diligentia distinguuntur⁴⁾ apud Hebraeos in una classe ה ך, quam grammatici vocant, habentur, ita verba ה ך et ך ך — respondent his ea arab. verba, quorum tertia radicalis hemza est (verba hemzata)⁵⁾ — temporis progressu non jam satis accurate distinguebantur; quod quidem eo facilius fieri potuit, quod ea ipsa verba maxime propinqua cognatione inter se continentur.

nonnulla exempla hoc loco sufficient: דכה et דכה contudit, קרה et קרה accurrit, נכה et נכה percussit, quod utrumque verbum ab eadem radice bilitera derivatum in ore erat.

Quam confusionem, quamquam Aramaeorum consuetudinem eam non modo non impedivisse sed etiam adjuvasse negare non possum, tamen ab illis profectam esse equidem mihi persuadere non possum.

Perlustranti autem mihi exempla, quae huc pertinent, quinque genera distinguenda esse videntur.

Ac primum quidem tantummodo puncta in verbis ך ך ad analogiam verborum ה ך formata sunt in מַכָּה pro מַכָּה Jer. 51, 34 cf. נִשָּׂא 1 Reg. 9, 11. Am. 4, 2, דָּכָה Ps. 143, 3, כָּלְאֵתִי pro כָּלְאֵתִי Jer. 51, 9 cf. רָפְאֵתִי 2 Reg. 2, 21 et רָפְאֵתִי Ps. 119, 101.

Deinde autem puncta quidem a formis ך ך haud aliena sunt, sed ה loco ך positum est in: הִרְפָּה pro הִרְפָּה Jer. 19, 11,

1) Altling fundam. p. 450. Knobel p. 18 s.

2) Hoffmann l. l. § 77. Luzzatto l. l. p. 30 s.

3) Cf. Stade § 143, e, ann. 1. Gesenius-Kautzsch § 75, ann. 20.

4) Cf. Caspari l. l. § 170 s. s.

5) Cf. Caspari l. l. § 130 s.

ubi Masoretæ ipsi ה recte scriptum censent cf. הַחֶבֶה 1 Reg. 22, 25. 2 Reg. 7, 12, אֲרָפָה pro אֲרָפָא Jer. 3, 22.

Tum verba ל'א et puncta et ה a verbis ל'ה mutuata et ad analogiam eorum omnino formata sunt in: יִרְפִּי pro יִרְפָּא Jer. 8, 11 cf. 6, 14 et נִרְפָּתָה pro נִרְפָּאָה Jer. 51, 9 et נְבִיָּה Jer. 26, 9.

Perperam saepe hoc loco affertur יִנְשׂוּא Jer. 10, 5¹⁾; quod non ad analogiam verbb. ל'ה formatum esse et Arabum more in א exire sed errore cujusdam librarii, qui יִנְשׂוּא cum praecedente nomine נִשׂוּא commutaverit, extitisse mihi videtur.²⁾

Iam vero, ut transeam ad verba ל'ה, punctis verbb. ל'א instructum est: אֲתִנּוּ Jer. 3, 22 quod a אָתָה derivandum est et legitur pro אֲתִנּוּ vel אֲתִנּוּ cf. יִקְרָה Dan. 10, 14, תִּכְלָה 1 Reg. 17, 14.

Omnino denique ad analogiam verbb. ל'א formatum est מִרְפָּא quod Jer. 38, 4 pro מִרְפָּה occurrit.³⁾

Non aramaice⁴⁾ sed ad arbitrium punctatorum, qui vocalem .. longiorem quam .. putasse videntur, formatum est אֶל־תְּהִיָּה Jer. 17, 17; quodquidem vel inde apparet, quod ejusmodi formae nisi in pausa non extant.⁵⁾

Aramaismis in formis verborum abviis ita tractatis jam progrediamur ad nomina substantiva.

Ac primum ad derivationem eorum, ut ita dicam, quod attinet persaepe injuria constitutus est Aramaismus. Sunt qui nomina Aleph prosthetico instructa, ut ab his ordiamur, Aramaice formata esse censeant.⁶⁾ At Aleph prostheticum

1) Knobel p. 19. Gesenius Lehrgeb. § 78, ann. 2.

2) Olshausen § 38, h. Stade § 31, 2.

3) Perperam a Gesenius-Kautzsch haec forma in earum numero, quas quarto loco supra posui, habetur § 75, ann. 22; non modo consonantem sed etiam vocalem [.. pro ..] a regulis abhorrere nemo negabit.

4) Gesenius-Kautzsch l. l. § 75, ann. 17, ubi ea quoque, quam secutus sum, interpretatio extat.

5) Stade § 143, e, 3 contra Gesenius-Kautzsch § 75, 17.

6) Hartmann p. 343, 5. Knobel p. 24.

a lingua hebraica adeo non abhorret, ut etiam in antiquissimis libris ita formata nomina adhibeantur.

Paucula exempla ad id demonstrandum sufficiant: אַרְבַּע quattuor, quod a radice רבע derivandum esse nemo est quin concedat¹⁾ cf. רבע, רִבַּע, רְבִיעִי e. a. אַצְבַּע digitus cf. ar. 'iḡbā', syr. ḡb'ā — sine Aleph prosth. — quod deducitur a צבע ḡb' ²⁾ אַמֶּשׁ nox praeterita cf. 'amsä' a משה.³⁾

Ne nos quidem, inquit, negamus, quod apertum est; at ea certe nomina aramaice formata sunt, quae praeter usitatiorem Aleph prosthetico carentem formam aliam quoque praefixo illo instructam hic illic praebent.⁴⁾ Afferunt autem hoc loco אַזְקִים pro זְקִים Jer. 40, 1. 4. אַזְרוֹעַ quod Jer. 32, 21 et Hiob 31, 22 pro זְרוֹעַ legitur.

אַכְזָב Jer. 15, 18 et אַכְזָר (אַכְזָרִי) Jer. 6, 23; 30, 14. 50, 42 quae ipsa quoque persaepe hoc loco afferuntur⁴⁾ huc non pertinent; quippe in quibus formis א ad gradus comparationis exprimendos antiquiore aetate usurpatum extet.⁵⁾ Itaque hoc א instructae formae respondent arabico أَكْضَب ita ut אַכְזָב sit arab. 'akzab⁶⁾. Idem א in Aethiopica lingua, non in Aramaica offertur.

Sed ne id quidem concedimus. Nam cum illa ipsa nomina in diall. Aramm. Aleph prosthetico carerent, fieri non potuit, ut illorum nominum formae eo instructae ab Aramaeis ad Hebraeos transirent. אַזְקִים, chald. זְקִין, syr. zankū⁷⁾, אַזְרוֹעַ, chald. דְרַע, syr. dar'ā⁸⁾.

Item nomina fem. in ית et ית. exeuntia Aramaice for-

1) Gesenii thesaurus p. 1258.

2) Gesenius l. l. p. 1148.

3) Gesenius l. l. p. 123 et Olshausen p. 396.

4) Knobel p. 24.

5) Cf. Stade § 255. Ewald § 162, b.

6) Cf. Caspari § 235.

7) Gesenius thesaurus p. 424. lexic. ed. VIII. p. 244. Castelli p. 261. Bernstein l. l. p. 149.

8) אַדְרַע quoque usitatum est. Gesenius thes. p. 433 s. lex. p. 26. 246. Castelli p. 213. Bernstein p. 117.

mata esse haud raro dicuntur¹⁾; quae quidem sententia ipsa quoque reprobanda est. Etenim illam terminationem a sermone Hebraico nequaquam alienam esse vel inde apparet, quod in antiquissimis ipsis libris ita formata nomina inveniuntur. At in illis rara, in libris serioris aevi tam frequentia sunt, ut quo plura ea in libro quodam legantur, eo seriori aetati ille tribuendus sit.²⁾ Recte tu quidem. Quid vero inde sequitur? Nil nisi ut temporis progressu illa formatio magis magisque frequenter ab Hebraeis adhibita sit. Itaque in numero recentiorum Hebraismorum ponenda est.³⁾

Infinitivo vero affixa illa terminatio ab Hebraeorum sermone abhorret et ubicunque offertur Aramaisorum⁴⁾ est.⁵⁾ זָלַח pro לָלַח Ps. 12, 9. הַשְׁמֵעוּהָ Ez. 24, 26. הַתְּהַבְרֵהָ Dan. 11, 23. Apud Jeremiam ejusmodi exemplum non extat.

Deinde etiam in forma הַמְזַמְרָה Jer. 11, 15 Aramaisum conspicuum esse reperiuntur, qui putent.⁶⁾ Videtur enim illis affixum ה in locum articuli successisse et א in statu emphatico Aramaeorum obvium⁷⁾ comparant; quam quidem sententiam articulus ipse nomini illi praefixus satis refellit. Quomodo autem illud ה in aliis quoque nominibus obvium interpretandum sit, magna est dissensio. Mihi quidem maxime probatur duplicem generis femin. terminationem illa nomina praebere.⁸⁾

Jer. 11, 15 litteram ה errore cujusdam librarii per dittographiam, quam vocant, extitisse verisimillimum est⁹⁾; omnino enim loco laudato textus maxime mendosus est.

1) Knobel p. 25 s. s. Gesenius, Geschichte d. hebr. Schrift und Sprache, Leipz. 1815, § 10, 5. Hartmann p. 351, 6. coll. Hoffmann § 89, 1.

2) Knobel p. 27.

3) Ewald § 165. Olshausen 219, a. Stade § 304.

4) Uhlemann p. 36, 3 cf. Schrader l. l. p. 79.

5) Hartmann p. 357. Ewald § 165, b, 2. Stade § 304, a, ann. 1.

6) Hartmann p. 352, 9.

7) Luzzatto § 12. Uhlemann § 45.

8) Ewald § 173, g. Olshausen § 133. Cf. contra Gesenius-Kautzsch § 80, 2, b, ann. 2, f.

9) Stade § 342, e. Graf. p. 182.

Quod denique hoc loco mihi addendum est, non fere nisi ad orthographiam spectat. Nam ut verba ל'א et ל'ה haud raro inter se confundebantur, quod supra demonstravimus, ita etiam in nominibus nonnunquam א pro ה et vice versa ה pro א leguntur.

Ac primum quidem א pro ה occurrit in דִּשָּׂא quod Jer. 50, 10 pro דִּשָּׂה — partic. fem. a radice דוּשׁ — legitur. Alia exempla extant Jes. 19, 17. Ez. 27, 31. Ps. 127, 2. Thr. 3, 12. Dan. 11, 44.

Nec vero minus verisimile est, א errore librarii, qui דִּשָּׂא — cf. LXX ἐν βοτάνῃ — interpretatus esset, extitisse.¹⁾

Deinde autem ה pro א legitur in מִרְפֵּה Jer. 8, 15, quod a rad. רפא derivandum et solo hoc loco pro מִרְפֵּא offertur — cf. Jer. 14, 19; 33, 6. פִּירָה Jer. 2, 24 pro פִּירָא (cf. 14, 6) extat, quod etiam l. l. in nonnullis editionibus invenitur.

אָמוֹן Jer. 52, 15 pro הַמִּזְוֶן 3, 23. 10, 13. 47, 3. 49, 32. 51, 16. 42 huc non pertinet, cum caput 52 a Jeremia non scriptum esse nunc omnes consentiant.²⁾ Ac ne בְּלוֹאִים Jer. 38, 12 quidem hoc loco afferri potest; non a בָּלָא sed a בָּלָה derivandum est et pro בְּלוֹיִים vel בְּלוֹיִם — cf. שְׂפִיִים pro שְׂפִיִים — legitur.³⁾

Sed haec hactenus de Aramaismis ad etymologiam spectantibus; jam transeamus ad eos, qui ad syntaxin pertinent.

Ac primum quidem num anticipatio, quam vocant, huc pertineat quaeri potest. Est enim illa talis pleonasmus, ut aliquod nomen cum praepositione aut nota accusativi conjunctum pronomen eidem praepositioni aut notae accusativi suffixum antecedit et nomen quasi anticipet; qui quidem pleonasmus in Aramm. diall. frequentissimus⁴⁾, ut illorum dicendi genus languidum atque lentum sit, imprimis efficit.

1) Hitzig p. 380. Olshausen § 108, e. Graf p. 596.

2) Cf. De Wette-Schrader p. 428. Bleck-Wellhausen p. 374. Graf p. 623 s. s. Hitzig p. 399 s.

3) Olshausen § 173, g et § 73. Stade § 122.

4) Cf. Uhlemann § 55, B, 3. Hoffmann p. 290. Cf. Schrader l. l. p. 82 s.



Sed ne in V. T. quidem ת ejusdem constructionis exempla desunt.

Atque apud Jeremiam illa occurrit in: הַנְּנִי מֵאֲכֹלֶם אֵת Jer. 9, 14. הָעַם הַזֶּה לֹא יַעֲבֹדוּ אֹתוֹ אֵת נְבוּכַדְנֶאצַּר Jer. 27, 8. לְהַרְגִיעוֹ יִשְׂרָאֵל Jer. 31, 2. אֵת גְּדַלְיָהוּ Jer. 41, 2 —

ita enim cum Hitzigio¹⁾ contra Masoretas, qui יִכְפֹּר volunt, legendum esse mihi videtur —

אֵתוֹ אֵת גְּדַלְיָהוּ 41, 3. אֵלֶיהָ אֶל-מוֹאָב 48, 44. Neque huc referendi non sunt loci 1 Reg. 14, 12. Koh. 2, 21. 4, 10. 2 Chr. 25, 10. 26, 14. Ezra 3, 12. 9, 1 e. a.

Nec vero, cum in libris etiam superioris aevi ille tropus inveniatur,

Ex. 2, 6 quem versum secundo Elohistae (B) tribuendum esse verisimile est.²⁾ An Jer. 17, 6, quod caput a Jesaia ipso scriptum esse omnes consentiunt ה בסַעֲמִיָה in cum voce sequente conjungendum articulusque sit nescio. eum ab Aramaeis ad Hebraeos transiisse puto, sed correctio quaedam scriptoris ipsius mihi videtur esse qua ad quod nomen illud suffixum referendum sit, quaevis dubitatio deleatur.

Itaque neque a Phoenicum lingua —

offertur enim e. g. Sid. 1, 1 אַשְׁמִנְעַנְגַּר³⁾ neque ab Aethiopica illa constructio abhorret.⁴⁾

Deinde reperiuntur loci, quibus ל pro אֵת ad accusativum notandum adhibitum sit; quem quidem usum, quippe qui nec nisi in libris serioris aetatis offeratur et apud Aramaeos usitatissimus sit, ab eis ad Hebraeos transiisse puto.⁵⁾ Apud Jeremiam autem eam structuram invenimus in וַיִּקַּח לְיִרְמְיָהוּ רַב טַבָּחִים לְיִרְמְיָהוּ c. 40, 2 quo solo loco לקח cum sequente ל conjunctum extat. הָרַשׁ לְשֵׁלֶם לָעַם הַזֶּה Jer. cum הָרַשׁ ל legitur in הַזֶּה ל

1) Hitzig l. l. p. 316 cf. Graf l. l. p. 476.

2) Schrader § 188, cui Dillmannus assentitur.

3) Cf. Schlottmann l. l. p. 88, not. 1.

4) Dillmann, äthiop. Grammatik p. 335.

5) Cf. Ewald § 277, e et Giesebrecht, Die Präposition Lamed, Halle 1876, p. 81. 83.

38, 4.¹⁾ Quod verbum, quamquam in aliis quoque libris cum ל conjugitur — in primis in locutione דרש לאלהים 1 Chr. 22, 19. 2 Chr. 15, 13. cf. v. 12. 17, 3 s. 20, 3. 31, 21. 34, 3. cf. Esr. 4, 2. 6, 21 — tamen illo uno loco cum ל accusativum et personae et rei indicante conjunctumprehenditur. הַשִּׂיא cum Accusativi nota אַח Jer. 37, 9. 49, 16. 2 Chr. 32, 15. 2 Reg. 19, 10 e. a. cum ל Jer. 4, 10. 29, 8. Jes. 36, 14. 2 Reg. 18, 29. Adde Jer. 16, 16, ubi הַנְּיִשְׁלָה לְדָגוּיִם legimus. אֵין מְקַבֵּץ לְנֹדֵד in ל cum קַבֵּץ Jer. 49, 5. אֵין מְקַבֵּר לְהַמָּה in ל cum קַבֵּר Jer. 14, 16 extat.

Nec vero huc pertinent: השבִּיתָ cum Acc. Jer. 48, 33. Jes. 16, 10. 21, 2. 13, 11. Ez. 12, 23. 23, 27. 48. 26, 13. 30, 10. 30, 13. 34, 35. 16, 41. Dan. 11, 18. 2 Reg. 23, 5 e. a. cum מֵן Jer. 7, 34. 16, 9. Ez. 34, 10 e. a. cum ל Ruth 4, 14. Jer. 48, 35. הרגִיזָה cum Acc. Jes. 13, 13. 14, 16. 23, 11. Job. 9, 6 e. a. cum ל Jer. 50, 34. Ez. 16, 43. הָצַר cum ל semper fere conjugitur cf. Jer. 10, 18. Deut. 28, 52. Zeph. 1, 17. 1 Reg. 8, 37. Neh. 9, 27. 2 Chr. 28, 20. 22. 33, 12. הִצִּיק c. Acc. Job. 32, 18. Jud. 14, 17. c. ל Jer. 19, 19. Deut. 28, 53 s. s. Jud. 16, 16. Jes. 29, 27. הִכְרִיתָ c. Acc. Lev. 17, 10. 26, 30. c. ל Jer. 47, 4.²⁾

Qua in structura ל non accusativum sed dativum commodi vel incommodi notare mihi videtur; accusativus autem, etsi non extat, est notio quae in verbo ipso inest.³⁾

Item ל dativum non accusativum indicat in כָּן וְשִׂרְפֵי לָךְ ita tibi comburent sc. thus — non: ita te comburent.⁴⁾

Hi fere sunt Aramaismi grammaticales, lexicales autem altera parte continentur.

1) Giesebrecht p. 36 ל ad finem exprimendum hoc loco adhibitum esse putat coll. Ps. 142, 5.

2) Affert omnia fere haec verba Knobel l. 1. p. 31.

3) Cf. Giesebrecht p. 80 et Caspari § 391.

4) Cf. Knobel p. 31 coll. 'auked Math 22, 7.

V i t a.

Carolus Julius Zimmer natus est die 17. jan. anno 1858 in oppido Gardelegen patre Friderico, in seminario nunc Ostraburgensi praeceptore et artis musices directore, matre Anna de gente Kain orta. Primis litterarum elementis Ostraburgiae, quo parentes a. 1859 migraverunt, et publicis et privatis scholis imbutus a. 1872 scholae regiae Portensi traditus, vere a. 1877 ut studiis academicis se daret, in academiam Berolinensem transiit. Unde uno anno cum fratre natu maiore Friderico peracto albo universitatis Tubingensis inscriptus est. Anno post in patriam reversus triennium academicum Berolini absolvit. Doctores praestantissimi, quibus meritas gratias agit agetque fuerunt ex theologorum ordine proff. v. Beck, Dillmann, v. d. Goltz, Kleinert, Messner, Weiss, Weizsäcker et aliis ex ordinibus proff. Curtius, Dieterici, Harms, Kiepert, Robert, Schrader, Schwabe, Socin, Werder, Drr. Barth, Nestle.

9079



D Lc 460

ULB Halle
000 782 297

3/1



